



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

XIV. Graf Heinrich von Gardelegen trifft eine Disposition darüber, wie es mit dem Nachlasse der Domherrn gehalten werden soll, im Jahre 1192.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

mancipati, ad exemplar pie recordationis Clementis pape predecessoris nostri, In ius et proprietatem beati Petri sub apostolice sedis protectione suscipimus et in futurum concessione pontificali munimus, Statuentes ut quascunque possessiones etc. Datum Rome apud sanctum Petrum — V. idus Augusti — Anno Incarnationis dominice M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. XCI<sup>o</sup>. Pontificatus Celestini pape III anno primo.

Der Fortgang dieser Urkunde stimmt wörtlich mit dem Schugbriefe des Papsst Clemens III. vom 29. Mai 1188 überein.

XIV. Graf Heinrich von Gardelegen trifft eine Disposition darüber, wie es mit dem Nachlasse der Domherrn gehalten werden soll, im Jahre 1192.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Notum sit tam futuris quam presentibus, quod ego heinricus, comes in Gardelegh, superne uite accensus desiderio ecclesiam in stendale in proprietate mea construxi et canonicos ibidem deo deseruituros habito summi pontificis et coheredum meorum consensu stipendiis assignatis institui, Quibus inter cetera, que commoditati et utilitati ipsorum proficiunt, decedentibus etiam prospicere disposui scilicet aliquo eorumdem in extremis agente, si debitis forte oneratus fuerit, liceat ei stipendium prebende sue integraliter ab obitu suo per anni circulum creditoribus suis pro debitis assignare. Si uero estimatio prebende pluris fuerit, quam requirant debita, quicquid solutis debitis residuum fuerit, deducta uicarii mercede, in usus pauperum pro uoluntate sua preordinet erogandum. Si uero quis debitis grauatus non fuerit preter uicarii mercede stipendium instantis anni pauperibus pro arbitrio suo distribuat profuturum. Si uero ab intestato quod absit aliquem decedere contigerit ea, que testamentum condenti liberaliter concedimus, ne seruientes conducticii mercede debita creditores mutuata fraudentur pecunia, conuentui pro defuncto sine exceptione promouenda committimus. Libertatem insuper electionis decani et canonicorum substituendorum fratribus in stendale indulimus, patrono de preposito instituendo ad placitum suum rationabiliter ordinante, ea consideratione, ut institutus prepositus in stipendiis canonicorum nichil iuris obtineat. Areas et predia et agros ecclesie ubicunque fuerint aduocati uel bedelli appetere uel aliquod in eis statuere non presumant. Hec autem facta sunt anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. XCI<sup>o</sup>. Sancte romane ecclesie presidente Celestino III<sup>o</sup>. anno sui pontificatus II<sup>o</sup>. Regnante feliciter imperatore heinrico III<sup>o</sup>. Anno sui imperii II<sup>o</sup>, presentibus his nobilibus et religiosis personis Comite heinrico de dannenberch, Walthero de arnestein, Alberto eiusdem loci preposito, Gerberto decano, Godefranco, heinrico aduocato et aliis quam pluribus, quos superfluum est et mora enumerare.

Das Original ist in mehreren Exemplaren vorhanden, die jedoch nur in der Schreibart abweichen. Auf dem Siegel, welches an einem Exemplare noch vorhanden, erscheint der Graf geharnischt zu Pferde.

XV. Bischof Gardolph von Halberstadt bestätigt dem Domcapitel zu Stendal das Erbrecht, Wahlrecht und die sonstigen ihm bei der Stiftung verliehenen Freiheiten, am 28. Nov. 1194.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Gardolfus, dei gratia halberstadensis ecclesie episcopus, Dilectis in christo filiis W. decano sancti Nicolai in stendale ejusque fratribus tam